

DE INSTITVTIONE SACRAMENTORVM, DE PECCATIS, AC CEN

suris Ecclesiasticis liber vnicus triplici Sectione partitus.

SVB PROTECTIONE ILLVSTRISSIMI *Principis Regij Cõsiliarij, & inter Indiarum supremos Senatoris* D. D. FRANCISCI MANSO ZVÑIGA *Mexicanæ Diœcesis Archiepiscopi Dignissimi.*

AVCTORE B. BARNABA RVYZ VENEGAS Clerico Presbytero, ac triplici lauro decorato.

Año 1631.

CON LICENCIA, Y PRIVILEGIO DE diez años, por el Excellentissimo Marques de Serralvo Virrey desta nueva Epaña.

En Mexico, en la Imprenta de Francisco Salbago, mercader de libros, en la calle de S. Domingo.

¶ *Vendese en la calle de sancto Domingo, en la tienda de Pedro Gonçal es mercader.*

¶ APROBACION DEL DOCTO
Nicolas de la Torre Canonigo Magistral de
Cathedral de Mexico. y Examinador del Arpād

DE mandato Illustrissimi D. D. Francisci Manso Z ñiga Mexicani Archiepiscopi, Regÿque Consilia & ab Indiarum Consilijs, &c. Vidi opus hoc; cuius ti lus est Compendium, in quo Sacramentorũ materia, p catorum definitiones, & alia continentur, quæ quilib Sacerdos, & Parochus scire debent: illud censeo ple eruditione, & doctrina, ac examinandis per vtile, & i dignum; quod Typis mandetur. 16. Mensis Decembri Anno, 1630. D. Nicolaus de la Torre.

NOS D. Francisco Manso y Zuñiga, por la di uina gracia, y de la S. Sede Apostolica Arç bispo de Mexico, del Consejo del Rey N. y del Real de las Indias, &c. Por la presente dam licencia, para q̃ se pueda imprimir, e imprima el t tado intitulado Cõpendium, in quo Sacramento materia, &c. Que aora de nueuo ha sacado a luz B. Bernabe Ruyz Venegas Clerigo Presbytero d nuestro Arçobispado. Por quanto nos consta p aprobacion del D. Nicolas de la Torre, Canonig de la Magistral de nña S. Iglesia Cathedral, y nño ex aminador Synodal, a quien lo remitimos, estar lle no de erudicion y Doctrina, y ser muy vtil para lo q̃ se an de examinar en Sacramentos, y Casos. Dad en Tacuba, a 20. de Diciembre de 1630.


Franc. Arpõ de Mexico.

ILLVSTRISSIMO, AC
RVDENTISSIMO PRINCIPI, RE-
o inter supremos Indiarum Senatori, Mexicanæ
iœcesis Dignissimo Archiepiscopo, simulq; Pa-
nti benignissimo, meo. D. D. Francisco Manso
uñiga, has ex materia Sacramentorum desump-
tas definitiones Baccalaurus Barnabas Ruyz
Venegas humillimus dicat, & supplex.

BReue hoc Sacramentorum Compēdium (Illus-trisime Princeps,) quod suæ tenuitatis cons-cium lucem tuam ne quidem cogitabat aspi-gere; imperijs tuis, ac mandatis obsequens huma-nissimo tuo quale, quale se sistit aspectui. Fortu-natum opus, quod, dum putabat priuatorum ho-minum oculis, manibusq, versari, ac semper in te-nebris latitare; fælicissimo quodam omine; ex hu-mili, tenuique fortuna ad improuisam quamdam dignitatem evehitur; & ex vmbra ad solem, è tene-bris euocatur ad lucem; quam lucem clarissimi tui formidaret aspectus (meritò subverens, ne in luce tanta tenuitas operis proderetur) nisi tua hæc faci-lis invitasset, ac blādo imperio compulisset huma-nitas, qua provectus opusculum hoc non dedigna-ris aspicere, nec tua item protectione complecti: quó fiet, vt tāto Patrono fulcitum cōpendium hoc multum claritatis, multū pariter æstimationis ob-

 tineat;

tineat; illud quippe tuis evulgatũ auſpiciis, ſtud
ſis afferet vtilitatem ingentẽ, quia, quę longa ſe
verborum, ac fuſiori diſputatione ſunt ſparſa, ñ
thodo breuiori complectitur; vt ita, quę neceſ
ria ſunt ad confeſſarij munus pro dignitate obe
dum facilius ediſcantur, ac breuius. Reliquum e
vt hæc tenuia cæpta promoveas, meq; tuis iã ere
tum, ac animatum auſpicijs maioribus cumu
incremẽtis, (vt potes.) Sic etenim, dum primos c
natus tam incredibili benignitate provehis, pr
mosque labores tam provida beneficiẽtia tuæ la
gitatis honeſtas; creſcet ardor elaborandi, creſc
ſtudium difficiliora conandi; animusque tantæ b
neficentiæ conſcius maiora, ac tanto Principe d
gniora tentabit, ſin minus, vt tam ſingulare ben
ficium pro dignitate rependat; at ſaltim, vt ſuę a
qua gratitudinis oſtendat indicia, ac maiora ſu
inde tuæ liberalitatis promereatur officia. V
ſemper, ac fortunare Illuſtriſsime Præſul, vt t
quod præſtas cum laude, litterarum Pa-
tronum, præmium laboris, decus-
que virtutiſ exhibeas.



Com

COMPENDIVM, IN QVO SACRAMENTORVM MATEria, peccatorum definitiones, & alia continentur, quæ quilibet Sacerdos, & Parochus scire debét.

SECTIO PRIMA. §. 1.

VT exordium ex ipsa Sacerdotis definitione sumamus: primo inquirimus.

QID SIT SACERDOS?

1. Sacerdos est vir cultui veri Dei auctoritate diuina determinatis personis concessa firmiter deputatus. *Hæc definitio excludit fœminas, quæ iure diuino a Sacerdotio repellũtur. cap. noua de pœnit, & remißi.*

QVOD NAM SACERDOTIS OFFICIVM?

2. Officium, (quod est quadruplex) Primum est, recitare Officium diuinum: Secundum, Deo sacrificare hostiam vivam, & placentem: & hæc duo ad contéplationem pertinẽt; Tertium, populũ instruere. Quartum, Sacramenta ministrare; quæ duo ad actionem spectant.

QVID OFFICIVM DIVINVM?

3. Est laus Dei voce expressa per Ecclesię institutionem determinata. *Ex Clem. grani de celebra. Miss.*

QVID MISSA?

4. Est oblatio corporis, & sanguinis Dñi sub alienis speciebus facta, sacrificij ab ipso semel exhibiti expressiua.

QVID OBLATIO?

5. Est actus quidam exterior latrię, quo Deo of-
ferimus creaturam aliquam suam in signum rec-
nitionis, quod ipse est, principium totius esse
à quo totum bonum procedit.

QVID AD CELEBRATIONEM
requiratur? Hęc,

6. Ieiuna, recita, expecta, tua crimina pande
Ex ca. liquido de consec. dist. 2. Trid. sess. 13. c.
Apta, locus, vestis, tibi sint, altare, minis
Sacrifica vna luce semel; nisi causa requirat.

QVID SIT CLAVIS?

7. Est potestas ligandi, & soluendi, qua Iudex
clesiasticus dignos recipere debet, & indignos
cludere à Regno Dei. *D. Tho. in 4. dist. 18. q. 1. ar*
Soli Sacerdotes habẽt claues ordinis, sed clauem
risdictionis possunt habere alij, & si non Sacerdotes

DE SACRAMENTIS NOVAE
Legis in genere, §. 2.

DE NOMINE SACRAMENTI.

1. Alias huius nominis Sacramenti relinque
acceptiones, vt in sacra pagina pro *sacro secreto*
iuramento, vt in iure; hic proprie sumimus pro *s*
rei signo, á secretis virtutibus, vel à sacris, quasi
cramentum.

QVID EST SACRAMENTVM?

2. Sacramentum est signum rei sacræ, vel inv
bilis gratię visibile signum ad nostram iustificat
r

nem institutum. *Ex Cathe. Rom. cap. 4. de Sacram. D. Tho. 3. p. q. 60.* Signum (*quod ponitur loco generis, & in quo sacramenta veteris legis conueniunt*) est; quod præter speciem, quã ingerit sensibus aliud á se repręsentat. Pro re sacra (*quæ est differentia*) intelligitur res, quæ non quomodocumque est sacra passiue, idest Deo dicata, sed quæ est sanctificans: in quo maxime distant Sacramenta nouę legis á sacramentis veteris legis, quæ gratiam non causabant; sed illam ex vi passionis Christi dandam figurabant. *D. Tho. vbi supra Con. Flor. sess. vltim. de Sacramentis.*

DE NECESSITATE SACRAMENTORVM.

3. Sacramenta (quorum Christus Dñs fuit institutor auctoritate diuina; vt homo minister principalis per potestatem excelentię) omnia pertinent ad salutem humani generis, sed necessario simpliciter baptism⁹ non dum regeneratis, pęnitentia vero lapsis post Baptismum; ordo verò in cómuni Ecclesię. *Ex Trid. sess. 14. ca. 2. D. Tho. 3. p, q. 62. 2. conc.*

CVR INSTITVTA SVNT
Sacramenta?

4. Quanquam Deus Optimus, & Maximus potuit infinitis alijs modis cóferre grãm, & nunquam eius diuina virtus fuit alligata tantum Sacramentis; tamen inter alias causas, quę in Cathe. Rom. assignantur cap. de Sacramentis hę sunt precipuę.

Prima. Propter cõditioné humanę naturę, cuius

proprium est per corporalia, & sensibilia in spiri-
tualia, & insensibilia ascendere.

Secunda. Quia peccando homo se subdidit pe
affectũ rebus corporalibus, & vbi patiebatur mor-
bum, ibi remedium erat adhibendum.

Tertia. Propter exercitationẽ; homo enim per sa-
lubria Sacramẽtorum exercitia á noxijs præserua-
tur actionibus, & corporalibus se subiectum cog-
noscens humiliatur. *Ex D. Tho. 3. p. q. 6. 1. art. 1.*

DE NVMERO SACRAMENTORVM.

5. SEptem sunt Sacramenta, & siquis plura, ve
pauciora esse affirmauerit, anathema sit. *E
Trid. Sess. 7. Canone. 1.*

Tria tantũ Sacramenta, Baptismus, Ordo, & Cõ-
firmatio vltra gratiæ collationem imprimunt cha-
racterem, ideo iterari non possunt. *Canone 9.*

QVID SIT CHARACTER?

6. Est signum quoddam spirituale, & indelebile,
quodanimę imprimitur. *Ex Trid. Sess. 7. Can. 9.*

DE EFFECTIBVS SACRAMENTORVM.

7. Omnia Sacramenta (siue moraliter secundum
quosdam, siue physice secũdum alios) causant gra-
tiã ex opere operato; hoc est, ex virtute ipsorum si-
gnorum non ponentibus obicem; alia vero bona
opera, non conferunt nisi ex opere operãtis. *D. Th.
vbi supra Trid. Sess. 7. & 8.*

QVID

QVID REQVIRATVR IN QVO-
libet sacramento.

8. In Sacramentis aliquid requirtur ex necessitate Sacramenti: aliquid ex necessitate pręcepti. Illud requiritur ex necessitate Sacramenti, quod ita necessario apponi debet, vt sine illo non sit Sacramẽtum: illud vero ex necessitate pręcepti tantũ, quod debet apponi, vt licite, & sine peccato conficiatur, aut ministretur Sacramentum, quamvis eo non apposito sic ministratum Sacramẽtum validum sit.

9. In quolibet Sacramento necessitate Sacramẽti tria requirũtur; materia, forma; & minister cũ intẽtione faciẽdi, quod facit Ecclesia, siue actuali, siue virtuali. *Flo. Sess. vlti. de Sacram.* Vnde tribus perficiũtur Sacramenta rebus tanquam materia, verbis tãquam forma, & intẽtione ministri cõferentis. *Can. detrahe.* 1. q. 1.

10. Attẽdat minister dum applicat materiam Sacramenti, vt dum baptizat, aut vngit, vt simul, & eodem tempore proferat verba Sacramenti.

11. Et si sacra ab impuris coinquinari nõ possint, neque á prauis ministris eorum effectus impediri, si intentionem habeant conficiendi Sacramentum; minister tamẽ tenetur sancta sancte tractare, & Sacramenta in statu gratiæ & sine conscientia peccati mortalis ministrare.

DE CAVSIS SACRAMENTORVM.

12. Quatuor sunt Sacramẽtorum causæ, efficiens,

& est Deus materialis; & est sensibilis rei presentatio; formalis, & est gratuita sanctificatio; finalis; humanę infirmitatis curatio.

DE PRIMO SACRAMENTO Baptismi. §. 3.

De Baptismo tractat. Mag. sent. in 4. dist. 3. D. Tho. 3. p. q. 66. Con. Flor. & Trid. sess. 7. per Can. 14.

QVID SIT BATISMVS?

1. Baptismus est ablutio corporis exterius facta sub prescripta forma verborum. *Mag. vbi supra.*

QVOTVPLEX?

2. Baptismus triplex; fluminis; idest aquę; flaminis; idest cordis; sanguinis; idest martyrij. Ex quibus tantùm baptismus aquę est Sacramentum. *D. Aug. Tolle elementum, & aufferes Sacramentum.* Baptismus vero flaminis, & sanguinis non sunt Sacramẽta, licet eius effectum conferant, scilicet gratiam. *Can. baptismi vicem, 26. de consec. dist, 4.*

INSTITVTIO.

3. Baptismus fuit institutus, quando Christus Dñs in Iordane à D. Ioanne fuit baptizatus· *Ioan. 1. Can. numquam. 10.* at vero post Pasionem Domini fuit sub pręcepto, *Euntes docete omnes gentes, &c. Matth. 28.*

MATERIA.

4. Materia baptismi est duplex: remota, & proxima: remota est aqua naturalis. *Ioann. 3. nisi quis renatu*

Renatus fuerit ex aqua, &c. proxima est ipsa ablutio.

NOTA.

Baptismus nō potest valide fieri in aquis artificialibus, vt alchimię, aut liquoribus rosarum, nec in succu heruarum, aut fructuum; vel alijs, quæ non sunt aqua naturalis; potest tamen fieri in aqua maris, paludis, vel aqua pluvia, quia sunt aquæ naturales.

FORMA.

5. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; In nomine IESV Christi tantùm, non est forma sufficiens. *Cap. si re vera de consec. dist.* 4.

MINISTER.

6. Extra necessitatis articulum; solus Sacerdos Parochus; vel alius de eius licētia; in necessitate quilibet, siue vir, siue fęmina, siue hęreticus, siue paganus; dum veram intentionem habeant. *Can. mulier* 20. *Can. in necessitate* 21. *de consec. dist.* 4. & si sint duo vel plures, dignior semper pręferatur: Sacerdos Diacono; Diaconus Subdiacono; Clericus laico; vir fęminæ, nisi pudoris gratia deceat fęminam potius, quàm virum baptizare infantem non dum editum, vel nisi melius fęmina sciret formam, & modum baptizandi. *Trid. Seß.* 7. *Can.* 4. *D. Tho.* 3. *p. q.* 68. Idem qui ablnit debet proferre verba formæ; non enim possunt esse duo ministri; vnus aquam adhibens, & alius verba proferens.

EFFECTVS.

7. Duo, primus characteris impreſsio; alius, gratię collatio, qua homo regeneratur ad vitam ſpiritualem, remiſsio totius culpæ originalis, & actualis, & totius pęnę peccatis debitę. *Ezechiel. cap. 36. effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.*

BAPTIZANDVS.

8. Homo nõ baptizatus, ſiue parvulus, ſiue adult⁹

DE PARVVLO.

9. Parvulo, & amenti à natiuitate confertur character, & gratia in baptiſmo in fide Eccleſię, nec ad id requiritur intentio, aut fides aliqua parentum, aut alia diſpoſitio.

10. Apparẽte aliqua parte pueri, vt manu, vel pede, &c. quando mors imminet, debet baptizari, ſi vitalem motum indicat; quod ſi poſtea appareat caput, vel perfecte naſcatur, debet iterum baptizari in capite ſub conditione, quia baptiſmus eſt dubius; ſi vero ſemel abluatur in capite nullo modo debet rebaptizari, quia baptiſmus certus. D. *Tho. 3. p. q. 68. art. 11. ad quartum.*

11. Si mater pręgnans mortua fuerit, fętus quàm primum caute extrahatᷓ, & ſi vivus fuerit, baptizetur

12. Infantes inter Chriſtianos expoſiti, & inuenti, ſi re diligenter inveſtigata de eorum baptiſmo non conſtet, ſub conditione baptizentur.

DE

DE ADVLTO.

13. In adulto requiritur intentio recipiẽdi baptiſmum (vt baptiſmus valeat, & imprimat characterem,) quę intẽtio ſi adſit abſque alia diſpoſitione, baptiſmus nõ debet iterari: vt vero baptiſmus cõferat adulto gratiam requiritur ex parte eius deuotio, fides, voluntas implendi legem Dei, & dolor de peccatis, ſi aliquod mortale antea cõmiſsit, atq; adeo, prius quã baptizetur, inſtituẽd' eſt in his

14. Adultus baptizatus abſque intentione recipiendi baptiſmum, vel abſque aliqua cognitione eius, iterum abſolute baptizari debet, quia talis baptiſmus fuit nullus.

15. Baptiſmus datus dormienti, vel ei, qui factus eſt amens, ſi ante baptizari voluerunt, validus eſt.

16. Ille de cui' baptiſmo probabilis eſt dubitatio debet iterum ſub hac conditione baptizari. Si nõ eſt baptizatus ego te baptizo in nomine Patris&c.

PATRINVS.

17. In baptiſmo (qui datur cum cęremonijs) tãm pueri, quam adulti requiritur de neceſsitate præcepti patrinus, ſeu ſuſceptor; qui debet eſſe baptizatus, & ſcire rudimenta fidei, & tenetur curam gerere filij ſpiritualis, ſi vrgeat neceſsitas.

DE NVMERO PATRINORVM.

18. Vnus debet eſſe Patrinus, ſiue vir, ſiue mulier; vel ad ſummum vnus, & vna; & aſsignatum patrinum, l. duos aſsignatos tantũ parochus admittat;

INTER QVOS CONTRAHITVR cognatio ſpiritualis?

19. Cognatio ſpiritualis: primo contrahitur inter quemlibet ex aſsignatis, qui eſt patrinus, & baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem tantum: Secundo inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem tantum. Quod ſi alij vltra duos aſsignatos baptizatum tetigerint cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahunt, nec cum baptizato, nec patre, aut matre. *Ex Trid. Seſſ. 24. cap. 2. de reform.*

20. Patrini, quando ſimul ſunt duo, nullam inter ſe contrahunt cognationem; neq; patrinus aliquis cum baptizante.

21. Qui ſuſcipit puerũ, aut tenet, in baptiſmo dato ſine ceremonijs, vt patrinus prędictam contrahit cognationem; Sed eam non contrahit, ſi ſolum materialiter teneat, & abſque animo ſuſcipiendi vt patrinus.

22. In neceſsitate proprium filium baptizans (quia non eſt ibi alius, qui poſsit baptizare) non amittit ius petendi debitum. *Cap. ad limina. 30. q. 1.*

23. Monacho ſãctimoniali, & cuiusvis ordinis regulari à ſęculo ſegregato prohibitum eſt ſuſcipere in baptiſmo; ſi tamen ſuſcipiant, contrahunt cognationem ſpiritualem.

24. Non eſt admittendus in patrinum, hęreticus, publice excommunicatus, publice criminoſus, nec

nfamis, nec qui sana mente non sunt.

CONFIRMATIO. §. 4.

1. Est Sacramentum vnctionis chrismatis consecrati, quo Episcopus frontem baptizati vngit sub certa verborum forma. *Mag. in 4. dist. 7. D. Tho. 3. p. q. 72.*

INSTITVTIO.

2. Instituta fuit á Christo Domino non exhibēdo sed promittēdo Spiritus Sancti plenitudinē. *Ioan. 16. Si ego nō abiero Paraclitus non veniet ad vos, &c.* vel quando dixit *Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Lucæ 24.*

MATERIA.

3. Alia est proxima, alia remota; remota est chrisma cōfectum ex oleo (quod significat nitorem cōscientiæ) & ex balsamo (quod significat nitorem bonæ famæ) per Episcopum benedicto. Proxima materia est vnctio ipsius chrismatis facta in fronte cum signo Crucis manu, vel digito ipso immediate, qui ex præcepto debet esse pollex dextræ.

FORMA.

4. Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, &c.

MINISTER.

5. Solus Episcopus est Minister ordinarius, hoc enim Sacramentum administrabant Apostoli, quorum locum tenent Episcopi. *Trid. sess. 7. Can. 3. de confirm.*

EFFE-

EFFECTVS.

6. Vnus est, character; alius, augmentum gratię,& robur, & firmatas in fide ad pugnam spiritualem. *Ex D. Tho. q. 65. 1. corp.*

CONFIRMANDVS,

7. Requiritur vt sit baptizatus,& si sit adultus debet esse in gratia, quia confirmatio est Sacramentum vivorum, quam si non habet tenetur conteri vel cum attritione confiteri.

PATRINVS.

8. Debet esse baptizatus, & confirmatus; si nō cōfirmatus sit patrinus, an contrahat cognationem dubium est; quidam aiunt, quidam negant.

DE COGNATIONE SPIRITVALI.

9. Cognatio contrahitur. Primo, inter tenentem confirmatum, illiusque patrem, & matrem tantū. Secundo, inter confirmantem,& confirmatū illiusque patrem, & matrem tantum, nulla vero inter confirmantem, ac tenentem, aut alias personas cōtrahitur cognatio. *Ex Trid. Seß.24. ca.2 de reform.*

EVCHARISTIA. §. 5.

1. De Sacramento Eucharistiæ tractat Mag. in 4. dist. 8. D.Tho.3.p.q.73.&q.80.art.11.affirmat Eucharistię sumptionem non solum esse sub præcepto Ecclesiastico, sed etiam esse sub præcepto diuino. *Ex illo Ioan.6. Nisi manducaueritis,&c.*

QVID SIT EVCHARISTIA?

2. Sunt species sensibiles panis, & vini corpus, & sangui

uinem Christi significantes, & realiter conti-
es. *Cap. cum Ma. de celebra. Miß.*

INSTITVTIO.

Hoc admirabile Eucharistię Sacramētum Chris
Dominus instituit in vltima cum Apostolis ce-
ata cęna cum dixit. Accipite,& comedite. Hoc
orpus meum; Hic est calix sanguinis mei. *Mat.*
Lucæ 22.

MATERIA.

Cum Eucharistia constet corpore,& sanguine,
uplex est materia; corporis materia est panis
ceus aqua naturali cōcoctus; materia vero san
iis est vinum vitis, cui ex pręcepto admisceri
et aqua in modica quantitate. *Trid. Sess.* 13. *c.* 3.
en. sess. vlti.

FORMA.

Duplici materię duplex respondet forma; cor-
s est, HOC EST ENIM CORPVS MEVM.
uinis est, HIC EST ENIM CALIX SAN-
INIS MEI,&c. An reliqua verba vsque ad illa:
missionē peccatorum, sint de essentia cōsecratio-
dubium est inter Doctores, & ea relinquere es-
eccatum mortale.

MINISTER.

Solus Sacerdos rite, & legitime ordinatus est
ister consecrationis Eucharistiæ. *Floren. vbi sup.*

NOTA.

Sacerdos est minister ordinarius ad ministran-

dum Euchariſtiam, ſed abſente Sacerdote, eam
poteſt miniſtrare (ſi inſtet mors) diaconus.

EFFECTVS.

8. Refectio mentis, adunatio hominis ad Deum
adeptio gloriæ, expiatio peccatorum; condonati
pœnæ ſecundum deuotionis feruorem, & à futuri
malis præſeruatio. *Con Flor. ſeſſ. vlti. de Sacram*
Ioan. 6. Trid. ſeß. 13. ca. 2.

SVSCIPIENS.

9. Homo baptizatus abſque conſcientia pecca
mortalis, ieiunus (niſi inſtet periculum mortis) &
deuotus.

NOTA:

10. Omnis qui ſibi conſcius eſt peccati mortalis
(quàmtumvis ſibi contritus videatur) tenetur e
præcepto præmittere confeſsionem ſacramental
quod ſi neceſsitate vrgente Sacerdos contritus (c
non eſt copia cōfeſſoris) abſque præuia confeſsio
ne celebrauerit, tenetur quàm primum poſsit con
fiteri. *Trid. ſeſſ. 13. ca. 7.*

PAENITENTIA. §. 6.

De Pænitentia tractat. Mag. in 4. diſt. 14. D
Tho. 3. p. q. 84.

QVID SIT PAENITENTIA?

1. Eſt Sacramentum remiſsionis peccatorum po
baptiſmum commiſſorum. *D. Aug. de vera, & fal*
pænit. & lib. de vtilitate pænit.

IN

INSTITVTIO.

. Instituta fuit á Christo Domino post resurrec-
iônem, cum Dominus in discipulos insuflando di-
it. *Accipite Spiritum Sanctũ, quorum remisseritis, &c.*
oan. 20. *Trid. sess.* 6. *ca.* 14. Omni fideli post bap-
ismum lapso est simpliciter necessaria in se, si po-
est. vel in voto; diciturque secunda tabula.

MATERIA, ET PARTES.

. Materia est duplex; vna remota, & sunt pecca-
a, siue mortalia, (quę dicitur materia necessaria)
iue venialia (quæ dicitur materia sufficiens:) alia
st materia proxima, quę sunt partes integrantes
iuius Sacramenti, scilicet cordis contritio, oris
onfessio, operis satisfactio. *Floren. sess. vlti. de*
Sacram. Trid. sess. 14. *ca.* 13.

FORMA.

4. EGO TE ABSOLVO à peccatis tuis, &c.
& quâvis illa additio (á peccatis) non sit de essen-
tia formæ, est tamen de Ecclesiæ cósuetudine.

MINISTER.

5. Solus Sacerdos ritè, & canonice promotus iu-
riśdictionem habens ordinariam, vel delegatam.
Ex Trid. sess. 14. *cap.* 6. *& cap. Omnis vtriusque sexus*
de pænit. & remiss.

NOTA.

6. Confessio etiam bona fide facta Sacerdoti non
habenti aliquam iurisdictionem ex dictis est nulla,
& iteranda.

7. Quivis Sacerdos etiam extra necessitatem po-

test absolvere a peccatis venialibus , & à mortali
bus,á quibus pęnitens aliàs est absolutus, & in pe
riculo mortis quilibet Sacerdos habet iurisdictio
nem pro omnibus peccatis, & cēsuris, si non ade
Sacerdos eam habens. *Trid. seß.* 14. *ca.* 4.

EFFECTVS.

8. Gratiæ collatio, quá Deo reconciliatur pecca
tor, remissio mortalium,& venialium, & cōmuta
tio pęnæ ęternæ in temporalem. *Ezechiel.* 18. *S
impius egerit pænitentiam,iniquitatum eius non recor
dabor.*

SVSCIPIENS.

9. Homo baptizatus vsum rationis habens pos
baptismum peccator.

10. Quod si inter confitendum, vel etiam antequ
incipiat cōfiteri,ęger vocem, & loquelam amittat
nutibus, & signis conetur Sacerdos,quoad eius fie
ri poterit, peccata pęnitentis cognoscere, quibu
vt cumque in genere, vel in specie cognitis,vel eti
si confitendi disiderium , siue perse, siue per alio
ostenderit absolvat eum. *Ex Rituali Rom. Pauli. V*

EXTREMA VNCTIO. §. 7.

De Extrema vnctione tractatur à Doctoribus i
4. sentent. dist. 23.

QVID SIT EXTREMA VNCTIO?

1. Est vnctio hominis infirmi á Sacerdote vngent
deter

determinatas corporis partes sub deprecatiua forma verborum.

INSTITVTIO.

2. Hoc Sacramentum fuit á Christo Domino institutum, insinuatum. *Marci. 6. ac per Iacobum, cap. 5. in sua Canonica promulgatum. Trid. sess. 14. cap. de extremavnctione.*

MATERIA.

3. Est simplex oliuarum oleum ab Episcopo benedictum. *Cap. vnico de sacra vnct. Trid. vbi supra.*

FORMA.

4. Per istam sanctam Vnctionem, & suam pijssimã misericordiam indulgeat tibi Dominus quid quid deliquisti per Visum, & sic in qualibet Vnctione partiali datur sua partialis forma.

Vngendusque est vterque oculus sub vnica forma, & vtraque auris sub sua, &c. Et caveat Sacerdos ne formam prius absolvat, quam ambo huiusmodi paria membra pervnxerit.

MINISTER.

5. Solus Sacerdos parochus, vel alius de eius licẽtia. *Trid. sess. 14. cap. 3.*

In necessitate si vrget sufficit Sacerdos sine ministro, & præsumpta licentia proprij Sacerdotis.

Si vnus Sacerdos non possit progredi, supplenda per alium ea solùm, quæ restant; & in magna necessitate potest vnus Sacerdos oculos, & alius aures eodem tempore invngere, & alias vnctiones simul

mul facere, dũmodo idem Sacerdos pervngat m
bra paria cum sua forma. Vg. qui dicit formam
oculos, pervngat oculos, & qui dicit formam
aures pervngat aures; non enim potest vnus perv
gere vnum oculum, & alius alium oculum, &c.
sic de alijs membris.

EFFECTVS.

6. Animę sanitas, (quia delicta, si quę sunt adh
expianda, & peccati reliquias abstergit) eiusq
spiritualis recreatio, & roboratio, & sanitas co
poris interdum vbi saluti animæ expedierit. *Iux
illud Iacobi, & oratio fidei saluabit infirmum, & all
uiabit eum Dominus, &c. Ex Trid. sess.* 14. *cap.* 2.

SVSCIPIENS.

7. Homo baptizatus, & solus morti propinqu
ex morbo, vel vulnere, vel partu, vel senectute: n
vero capite plectendus, nec qui solo naufragio, a
bello, alio ve exteriori periculo periclitetur abs
morbo; quod si morbo liberatus iterùm periclit
tur iteranda est, & quidem in diuturnis morbis,
hydropisi, quòties fuerit novum periculum.

8. In longis mortiferis morbis initio dari pote

9. In pueris sufficit ętas, qua possunt peccare.

10. Cęcus in oculis est invngendus.

11. Si quis sit aliquo membro mutilatus pars lo
illi proxima invngatur eádem verborum form

12. Quinque sensuum organa necessitate sacram
ti sunt invngenda: nempe *oculi; aures; nares; os;*

man

anus. Pedes etiam, & renes vngendi sunt; sed re-
num vnctio in mulieribus honestatis gratia omit-
titur, seruãdus tamen mos loci; potest etiam omit-
ti in viris, quãdo infirmus commodè moveri non
potest; sed siue in mulieribus, siue in viris alia cor-
poris pars pro renibus vngi non debet.

3. Manus reliquis infirmis interius; Presbyteris exterius vngantur.

4. Infirmis, qui cum sana mente essent, vnctionem petierunt, vel verisimiliter petijssent, seu dederunt signa contritionis, etiam si deinde loquelam amisserint, vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, vnctio prębeatur; quod si verisimilis sit timor posse aliquid facere contra reuerentiam Sacramenti, tunc non detur, nisi periculum tolliatur omnino.

15. Impęnitentibus vero, & qui in manifesto peccato mortali moriuntur non est danda.

ORDO. §. 8.

De Sacramento Ordinis tractant Doctores cum Mag. in 4. & deinceps.

QVID SIT ORDO?

1. Ordo est signaculum quoddam Ecclesię, quo spiritualis potestas traditur ordinato. *Mag. in 4. D. Tho. ibi dist. 24.*

INSTITVTIO.

2, Ordinis Sacramentum Christus Dominus instituit in vltima cęna, tunc enim constituit Apostolos

los Sacerdotes per illa verba HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM. *Matth. 26. Lucæ. 20. Trid. sess. 22. cap. 1,*

MATERIA, ET FORMA.

3. Materia est res sensibilis, seu instrumentum pe[r] cuius traditionem confertur Ordo, & imprimitu[r] character, cum forma, quæ sunt illa verba ab Epi[s]copo prolata in cuiuscumque instrumenti tradi[ti]one.

4. Presbyter fit dum ei traditur materia conse[-]cranda, scilicet Calix cum vino,& aqua, & paten[a] cum Hostia; Diaconus dum liber: Subdiaconus d[um] calix cum patena; Acolytus dum candelabrum; ex[-]orcista, & lector dum liber: hostiarius dum clauis.

MINISTER.

5. Solus Episcopus est minister ordinarius. *Trid. sess. 23. Can. 4. & 7.*

6. Sacerdos qui non est Episcopus potest confer[-]re tonsuram, & quatuor minores ordines de licen[-]tia Papæ. *D. Tho. 3. q. 65. art. 3. ad 2.*

7, Prima tonsura, quę est instituta ab Ecclesia da[-]tur ante omnes ordines.

EFFECTVS.

8, Aliqua excellentia potestatis in diuinis myste[-]rijs, & sic vltra gratię augmentum imprimunt cha[-]racterem. *D. Tho. 3. p. q. 84. art. 4.*

NOTA.

9. Quatuor minores ordines, & tres maiores se[-]
cu[m]

cundum. *D. Tho. 4. dist. 24. q. 1. art. 2. cum alijs DD.* sunt propriè sacramenta, & ita omnes imprimunt characterem; at vero secundum alios DD. tres maiores sunt sacramēta, reliqui minores sacramentalia dicuntur, sic. *Nauarr. in manuali ca. 22. nu. 18. Angles in 4. Sot.* Maioribus accedit Episcopatus, per quem character Sacerdotalis augetur.

SVSCIPIENS.

10. De necessitate Sacramenti homo baptizatus. De necessitate vero precepti homo baptizatus, cō firmatus, & in statu gratię, capax rationis, non irregularis, non censura vel aliquo alio impedimento irretitus, vel carens requisitis, contra iura, vel precepta talibus ordinū susceptionem impediētia.

MATRIMONIVM. f. 9.

De Matrimonio tractat. Mag. in 4. dist. 26 D. Th. in addit ad 3. p. à q. 41. Sūmistę verbo Matrimon. Nauarr, ca. 22. à nu. 19. Sanches latissime, 1. tom.

DE SPONSALIBVS.

1. Quia matrimonio priora sunt sponsalia, ideo eorum definitionem pręmittemus: sponsalia igitur sunt mutua promissio futuri matrimonij signo sensibili expressa.

QVID MATRIMONIVM?

2. Est viri, & fęminæ legitimus contractus, quo mutua traditur corporum potestas spiritualis gratiæ collativus. *Toletus lib, 7. ca. 5. summæ.*

INS-

3. In ſtatu innocentiæ fuit inſtitutum matrimonium. Gen 1. *creſcite, & multiplicamini, &c.* poſt lapſum in remedium concupiſcentię. 1. *Cor. c. 7. propter fornicationem autem vnusquiſque ſuam vxorem habeat,* in lege vero gratiæ inſtitutum fuit ſacramentum, cuius nexus firmitatem oſtendit Chriſtus Dominus illis verbis, *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Matth. 19. Marci. 10.*

MATERIA, ET FORMA.

4. Materia proxima eſt mutuus coniugum conſenſus, verba vero, ſeu ſigna declarantia hunc conſenſum ſunt forma. ſic Nauarr. cum Canonum peritis in cap. tua nos extra deſponſ: vel cum D. Tho. in 4. diſt. 26. q. 2. art. 1. ad. 1. verba ab altero contrahentium primo loco expreſſa ſunt materia; verba ab altero ſecũdo prolata ſunt forma: vel (vt alij) ipſe mutuus conſenſus, quàtenus eſt traditio, eſt materia, quàtenus eſt acceptatio, eſt forma.

MINISTER.

5. Ipſi contrahentes materiam, & formam ſibi applicantes ſunt miniſtri, parochus autem ſe habet tamquam teſtis qualificatus.

EFFECTVS.

6. Collatio gratiæ dignè ſuſcipientibus, virtus reprimendi concupiſcentiam, & faciendi coniuges ſibi invicem fideles, vnde tria bona reſultant; bonum prolis, bonum fidei, bonum ſacramenti.

SVS-

SVSCIPIENS.

7. Homo baptizatus nullo impedimento irretitus, vsum rationis habens, & legitimam ętatem, atque existens in statu gratiæ.

NOTA.

8. Matrimonium factum inter infideles, si nullum habeat impedimentum contra ius naturale licitum est, sicut etiam est licitus actus coniugalis; & infideles sic cōiugati secundum ius naturale, si baptizētur, tunc illud matrimonium fit sacramentum; & non indigent novo consensu.

IMPEDIMENTA MATRIMONII.

9. Aliud dirimens, quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit, & annullat contractum: aliud impediens tantum, quod impedit contrahēdum, sed non dirimit contractum.

DIRIMENTIA SVNT HAEC.

10. Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si sis affinis, si forte coire nequibis;
Si parochi, & duplicis desit præsentia testis,
Rapta ve sit mulier, nec parti reddita tutę.
Hęc socianda vetant cōnubia; facta retractant;

NOTA.

11. In his impedimentis dirimentibus iuris canonici solus Pontifex dispensat de potestate ordinaria: si vero impedimentum esset occultum, & matromonium publicum, & ex separatione sequeretur

tur notabile ſcandalum; recurſusque ad ſummum Pontificem, aut ad alium habentem facultatem diſpenſandi eſſet difficilimus; tunc in iſto caſu Epiſcopus poſſet diſpenſare. Rurſus ſi contractum eſt matrimonium coram parocho, & teſtibus cum impedimento affinitatis naſcente ex copula illicita in primo, & ſecundo gradu commiſſarius ſanctæ Cruciatę poterit diſpenſare.

IMPEDIMENTA IMPEDIENtia tantum.

12. Primum eſt prohibitio iudicis Eccleſiaſtici. Secũdum, votum ſimplex caſtitatis, aut religionis. Tertium, ſponſalia cum altero, vel altera non ritè dirépta. Quartũ, Affinitas cõtracta in Cathecifmo tãtum, & non in baptiſmo; ſed hanc eſſe ſublatã pe[r] Trid. alij aiũt, alij negãt. Quintũ, Inceſtus cũ cõſanguineis coniugis viventis uſq; ad ſecundum gradũ niſi ſit occultus; aut alicubi ablatus conſuetudine. Sextũ, Vxoricidium, dummodo non ſit cum intentione contrahendi cum adultera; tunc enim eſt dirimens. Septimum, Vi accipere alienã vxorem, ve[l] ſponſam. Octavum, Convictum eſſe Sacerdote[m] occidiſſe. Nonum, Solemnem agere pęnitentiam dum agitur. Decimum, Fieri patrinum propri[i] filij, ne vxor poſsit petere debitum.

Vndecimũ, Addunt alij ſi matrimonium ſcienter c[um] moniali contraxit.

In his impedientibus tantum (excepto voto ca[s]titati[s]

titatis, & religionis) poteſt Epiſcopus diſpenſare cum eſt periculum in continentiæ.

Quæ dicta de Sacramentis ſufficiunt, ſed reſtat, vt aliqua, quæ ad pænitentiæ Sacramentum ſpectant breuiter exponamus.



SECTIO II. §. 1.

1. CIrca adminiſtrationem Sacramenti pęnitentię attendat Sacerdos, vt in ferendo iudicio in confeſsione, nō ſit præceps, ſed vbi animadverterit graue delictum, hæc ſex diligenter mente percurrat.

Primo, Quę ſit criminis illius ſpecies, quę grauitas.

Secundo, An ſit illi annexa cenſura, vel pęna? quę, & cui reſeruata?

Tertio, An aliqua ſit reſtitutionis obligatio? (ſit?

Quarto, An aliqua obligatio ex illo flagitio orta

Quinto, An aliqua ſint iura Pontificia eá de re, ſiue decreta, ſiue Bullæ, ſiue Epiſcopales ſanctiones, & quid iubeant, aut vetent, ne manum in alienā meſſem mittat.

Sexto, Remedia, quę pro personarum, loci, tempo-
ris, & facultatum qualitate opportuna videbun-
tur applicare.

DE MATERIA REMOTA, ET
proxima penitentię.

2. Sicut in baptismo materia remota est aqua, proxima vero ipsa ablutio: ita in isto penitentię Sacramento, datur materia remota, quę est *peccatum* & proxima, quę est *peccatum contritum; confessum, & satisfactioni expositum*, á materia ergo remota; ordinem sequendo doctrinę incipiamus.

QVID EST PECCATVM?

3. Peccatum est recessus à regula diuina voluntarius. *De hoc vide D. Tho. 12. q. 71. & 77.*

Per recessum *intellige quandam separationem, seu deuiationem; quia peccatum non est substantia, nec aliqua entitas positiua.* In regula diuina *includitur præceptum, tam supernaturale de fide habendum, &c; quam naturale, vt præcepta decalogi; & humanum; vt sunt præcepta Prælatorum, & Superiorum.*

DE PARTIBVS INTEGRANtibus penitentię.

4. Ante quam ad diuisiones, & differentias peccatorum deueniam; necessum est prius de materia proxima penitentię tractare.

QVID SIT CONTRITIO?

5. Contritio est cessatio á peccato, vitę nouę propositum, & veteris detestatio; *vel*, est animi dolor
& de

& detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. *Ex Trid. sess. 14. ca. 4.*

QVOTVPLEX?

6. Duplex; perfecta, & imperfecta vtraq; autem (vt per primam quis iustificetur; vel, vt per secundã disponatur ad iustificationem) debet esse aliquo modo supernaturalis; vt pòte donum Dei, ex Spiritus Sancti impulsu.

QVID PERFECTA CONTRITIO?

7. Est pręteriti peccati, vt est Dei offensa, voluntaria supra omnia detestatio, cum proposito futura supra omnia vitandi. *Vide Tol. lib. 3. ca. 4.* per istam quis iustificatur in voto penitentiæ; tenetur tamen peccata de quibus contritus est, non confessa confiteri suo tempore.

QVID CONTRITIO IMPERFECTA?

8. Imperfecta contritio, *quæ communiter dicitur* attritio, est detestatio peccatorum ob illorum grauitatem, multitudinem, fęditatem, amissionem eternæ beatitudinis, & eternæ damnationis incursum cum proposito melioris vitæ, & spe venię. *Qui dolor verus & vtilis est, & sufficiens dispositio ad suscipiendam gratiã in sacramento pænitentiæ. Ex Trid. sess. 14. ca. 4. & Can. 5.*

QVID SIT CONFESSIO?

9. Est actus hominis exterior propriorum peccatorũ cum sui accusatione in foro spirituali, & secreto manifestativus. *Mag. dist. 17. Nauarr. ca. 1.*

Quid

QVID SIT SATISFACTIO?

10. Est offensæ præteritæ, quoad pœnam recompē-
satio. *Trid. seß. 14. ca. 8.*

MODVS ABSOLVTIONIS.

11. Misereatur tui omnipotens Deus, &c. deind
dextram super caput pœnitentis eleuans dicat: Do
minus noster IESVS Christus, qui est summus Pō
tifex te absolvat, & ego auctoritate ipsius te abso
uo imprimis ab omni vinculo excommunicationis
in quantum possum, & indiges: deinde EGO T
ABSOLVO ab omnibus peccatis tuis, in nom
ne Patris, &c. Paßio Dñi nři IESV Christi, &c

DE SIGILLO QVOD SERVA-
ri debet à confessore.

12. Sigillum est obligatio occultandi ea, quę in cō
feßsione cognita sunt. *Vide D. Tho. in suplem. q.* 1
*Confessarius qui non seruat sigillum præter grauißim
mortale, quod facit, incurrit pœnam exteriorem posita
in Cap. omnis vtriusque sexus de pœnitentia, & remi*

DE PECCATORVM DIFFEREN-
tijs; §. 2.

1. Peccatum; aliud mortale ex suo genere, vt ve
bi gratia furari; aliud veniale ex suo genere; vt ve
bi gratia verbum otiosum.

NOTA.

2. Peccatum; quod ex suo genere est mortale; a
qua

uando fit veniale; verbi gratia, furari ex suo gene- mortale est; tamen ex leuitate materiæ fit venia- ; etiam mortale fit veniale, quando non est ple- a,& deliberata voluntas,vt actus secundo primus olendi vindictam.

Rursus, quod ex suo genere est veniale, ex ali- uo accidenti,vel circumstantia fit mortale. Et hoc uadrupliciter.

Primo, Cum quis actum venialem ita exequi- ır, quod paratus est, etiã si mortalis esset, exequi.

Secundo, Ratione finis, cum scilicet ordinatur n peccatum mortale; verbi gratia cumquis dicit nendacium propter adulterium.

Tertio, Cum sequitur aliquod mortale de quo onstat; vt si quis sciens graue scandalum sequi, si nendacium dicat; dicit.

Quarto, Si intersit conscientia erronea; qui nim putat se peccare mortaliter in verbo otioso; i id proferat, mortaliter peccat.

SECVNDA DIVISIO.

Diuiditur etiam in peccatum *cordis*; peccatum *ris*; & peccatum *operis*: adverte, quod quando ea- dem est materia; ista tria vnum sunt peccatum va- ios habens augmenti gradus; quando vero diuer- sa est materia, tria diuersa erunt peccata; vt male dicentia in verbo; superbia in corde concepta; ho- micidium inopere;

REGVLA AD COGNOSCENDVM quando sit peccatum mortale, quando venia

8. Omne illud, quod fuerit contra amorem D & in grauem contemptum ipsius, aut contra morem proximi in graui nocumento, & iniuria sius; aut etiam in graui damno sui ipsius mort est. At vero, quod est in leui Dei offensa, in pa nocumento proximi, & sui ipsius veniale est.

DEFINITIONES PECCATORV quæ contra præcepta decalogi committi possunt. §. 3.

Vt de primo peccato heresis tractemus; prius o tuit exprimere.

QVID SIT FIDES?

1. Fides est assensus eorum, quę per Spiritum S ctum Ecclesię reuelata sunt; quatenus ab Spi Sancto sunt. Assensus est operatio quędam in lectus, qua acquiescimus, & credimus rebus positis, & apprehensis per intellectum. *D.Tho. q. 4. art, 1.*

QVID SIT HAERESIS?

2. Heresis est error pertinax hominis christian dei Catholicę ex parte contrarius.

Hereticus potest considerari dupliciter; interior exterior; interior est, qui tantum in mente concepit resim, & hic peccat grauissime mortaliter, qui exterius manifestauit hæresim, vel signo, vel verb

s

criptura, præter grauißimum mortale incurrit excom-
aunicationem bullæ in cœna Domini, & non poteſt ab
liquo confeſſore abſolui, niſi in articulo mortis, & hoc
um cautione faciendum.

QVID SIT ERROR?

3. Error eſt exiſtimatio veri pro falſo, aut falſi pro vero. D. Tho. q. 11.

QVID SIT APOSTASIA?

4. Eſt error hominis baptizati fidei Catholicæ ex toto contrarius. D. Tho. 22. q. 12.

Apoſtaſia eſt grauißimum mort. ſubiectum excommunicationi bullæ, ſicut hæreſis.

QVID SIT SPES?

5. Spes eſt inclinatio ad futuram Beatitudinem, Dei auxilio conſequendam.

QVID DESPERATIO?

6. Eſt receſſus quidam voluntarius, à Beatitudine futura. D. Tho. 22. q. 21.

Deſperatio grauißimum mort. & aliquando coniunctum hæreſi. Vide D. Tho. vbi ſupra.

QVID CHARITAS?

7. Eſt amicitia hominis ad Deum ſupernaturalis. D. Aug. de moribus Eccleſiæ, c. 11.

Charitas cadit ſub præcepto primo decalogi. 2. Cor. c. 15. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero; nihil mihi prodeſt.

ODIVM DEI.

8. Oppoſitum eſt charitati, & omnium peccato-

 rum

rum grauissimum. *Ex D. Tho. á q. 38. art. 2.*

QVID SIT SCHISMA?

9. Est rebellis, & spontanea separatio ab vn[...]
Ecclesię. *Cap. licet de elect & c. nulli dist. 19.*

Schisma mortale peccatum est, & sub excomi[...] catione bullæ in cæna Domini.

QVID SIT LAVS?

10. Laus est manifestatio alicuius excellentię voluntatis affectu.

QVID SIT BLASPHEMIA?

11. Est maledicētia contra Deum ex malo volun[...]tis affectu. *Couarr. c. Quamvis de pactis. p. 1. §*

Blasphemia est mortale; si adsit plena voluntas, si [...]ro fiat sine aduertentia est veniale.

QVID SVPERSTITIO?

12. Est vana, seu falsa religio indebitum cultu[...] Deo dans.

Superstitio est peccatum contra religionem, quia r[...]ligio est virtus debitum cultum Deo dans, contra qu[...] est superstitio. Nauar. c. 11. á n. 23. Syl. verbo superst.

SVPERSTITIONIS SPECIES.

PRIMA EST MAGIA. QVID SIT?

13. Magia est potestas in ordinata faciendi, quod supra naturam est. *D. Tho. q. 93. art. 2.*

Magia sæpe caniuncta est hæresi; scilicet quando es[...] error contra fidem in intellectu cum pertinacia; & ideo examinandu de hoc magus; quia si cum errore, & per-

tina-

nacia, subijcitur excommunicationi; sicut hæreticus:
uando vero non intercedit talis error, tunc horrendum
mortale, & qui magos consulit est excommunicatus,
. si quis etiam: cum vero magia est cum tacita invoca-
ione dæmonis, mortale est, nisi ignorantia adsit, quia
escit homo invocari dæmonem.

SECVNDA SPECIES IDOLOLATRIA.

QVID SIT?

4. Est diuini cultus erga falsum Deum exhibitio.

Idololatria; si sit cum errore pertinaci, peccatū est op
positum fidei, & quamuis non intercedat error, subijci-
ur excommunicationi, si idololatria aliquo signo ma-
nifestetur, vt dictum est de hæresi.

TERTIA SPECIES DIVINATIO.

QVID SIT?

5. Est enunciatio inordinata eorum, quæ per na-
turam cognosci non possunt.

Diuinatio est peccatum mortale; siue intercedat pac-
tum explicitum; siue implicitum cum dæmone: quando
vero pactum est implicitum, solet excusare ignorantia
invincibilis, quæ locum non habet (si pactum sit expli-
citum) nec rei parvitas. Caiet. q.95. Val. p. 4.

QVID SIT MALEFICIVM?

16. Est ars nocendi alijs, dæmonis potestate.

Maleficium sæpe coniunctum est hæresi, & ideo pœni-
tens examinandus. Primo, An intercessit pactum cum
dæmone de neganda fide. Secundo, An in isto pacto ha-
buerit errorem, cum pertinacia contra fidem. Tertio,

An abusus fuerit in maleficijs rebus sacris, scilicet aqua benedicta, vel sancto oleo, & sic de alijs Sacramentis. Quarto, Circa damnum contra personas, vel earum bona, quia obligantur ad restitutionem; & in his omnibus cum intercedit error pertinax, peccatum est subexcommunicatione bullæ, sicut hæresis: quod si sola malitia voluntatis absque errore intercedit; (quod vix fieri potest) tunc horrendum mortale est sine hæresi.

QVOTVPLEX MALEFICIVM?

17. Duplex; aliud amatorium, quod ordinatum ad flectendum hominum animos ad amorem carnalium.

18. Aliud veneficium; quo vsi nocent hominibus, vel in persona, vel in rebus. *De his vide Syl. verbo malefi. D. Tho. q. 96.*

QVID SIT VOTVM?

19. Votum est deliberata promissio ex voluntatis proposito Deo facta.

Transgrediens votum absolutê loquendo mortaliter peccat: qui excusentur. Vide Tol. lib. 6. c. 7.

QVOTVPLEX?

20. Votum aliud solemne; aliud simplex, & hoc multam comprehendit materiam, fit enim de castitate, peregrinatione, & alijs multis.

Inter solemne & simplex magna est differentia. Vide Tol. lib. 6. c. 7.

21. Rursus votum aliud personale, quod ad personam voventis spectat, vt per eam impleatur, quale

est

st eius, qui vovit castitatem, &c.

2. Aliud reale, quod ad rem pertinet, vt qui vo-
et eleemosynam, &c.

3. *Inter personale votum & reale magnum discrimen
ersatur, quia pater potest annullare vota personalia
iliorum, vsque ad 14. annum; filiarum, vsque ad 12. tan-
um; realia vero filij familias, vsque ad 25. inclusiue.*

4. Aliud votum conditionale, quod subcondi-
ione ponitur. & hoc obligat posita conditione:
nisi conditio mala sit: quia tunc non est votum.

25. Aliud pęnale: quod ponitur in pęnam alicu-
ius, & obligat, quando fit bono aliquo fine.

26. Aliud absolutum, quod simpliciter fit absque
conditione, & pęna.

27. *Annullare votum idem est, quod facere, vt votum
non sit obligatorium, nec verum votum.*

28. *Commutare votum est materiam voti in aliam mu-
tare: & nota, quod vovens potest absque alia licentia in
aliam meliorem mutare; at vero inæquivalentem, aut
paulo inferiorē non potest; hoc enim proprium est Epis-
coporum, & Prælatorum, qui non debent sine rationa-
bili causa mutare in materias leues.*

QVID SIT TENTATIO DEI?

29. Tentatio est dictum, vel factum ad capiendū
de Deo experientiam: Illud. *Gen. 15. vnde sciam,
quod possessurus sum terram hanc? cum fuerit ex diuina
reuelatione non fuit peccatum. D. Tho. 22. q. 97.*

Tentare Deum indebite; siue intentione, vt quis

 experi-

experimentum capiat de bonitate Dei; siue id faciat, quod ex se tendit in hoc, vt Deus probetur, mortale peccatum est; nisi excuset materiæ leuitas, & deffectus deliberationis.

QVID SACRILEGIVM?

30. Sacrilegium est rei sacrę violatio.

Sacrilegium peccatum est contra religionem, & cõmittitur tripliciter. Primo, Contra personas sacras. Secundo, Locum sacrum comburere; vel in eo sanguinem iniuriose effundere; vel furari, &c. Tertio, Abuti sacramentis, vel rebus, quæ ad ministerium ipsorum pertinent, vt sunt calices, &c. quæ omnia grauissima peccata mortalia sunt.

DE SECVNDO PRAECEPTO.

§. 4.

1. HAbetur. Exod. 20. Deut. 5. *Non assumes nomen Dei tui frustra, seu in vanum.*

QVID SIT IVRAMENTVM?

2. Est inuocatio diuini testimonij in dicti alicuius confirmationem. *D. Aug. serm. 38. aliàs 30. de verbis Apost. D. Tho. q. 89. Mag. in 3. dist. 39.*

Iuramentum, si debito modo fiat, potius est virtus, quàm peccatum. Psal. 69. Laudabuntur omnes, qui iurant in eo.

QVOTVPLEX IVRAMENTVM?

3. Quadruplex: Primum est assertorium; & est in quo aliquid presens, aut preteritum, affirmatur,

aut

aut negatur, *verbigratia, por Dios que este hizo esto, o no lo hizo, &c.*

4. Secundum, Promissorium, in quo futurum affirmatur, vel negatur promittendo: *verbi gratia, por Dios he de hazer esto, o no hazerlo, &c.*

Tertium, Comminatorium, in quo promittitur malum penę: *verbi gratia, por Dios, o juro a Dios, &c. de castigarte, &c.*

5. Quartum, Execratorium, in quo siue promittendo, siue asserendo aliquid affirmatur sibi apponendo pęnam: *verbi gratia, Dios me destruya sino es esto assi, o sino hiziere esto, &c.*

COMITES IVRAMENTI.

6. Vt iuramentum licitum sit, tria requiruntur, quę comites iuramenti dicuntur; & sunt Veritas, Iustitia, & Necessitas. *Ex illo Hieremiæ,* 4. *iurabis, viuit Dominus, in veritate, iudicio, & iustitia. Veritas,* hoc est, quod qui iurat, iudicet absque dubio ita esse. *Iustitia;* quod seruetur debita reuerentia iuramento; & per iuramentum nulli fiat iniuria; sic, qui cum iuramento reuelat contra iustitiam alicuius crimen infamatorium (licet sit verum) peccat. *Necessitas,* quando ad bonum aliquem finem necesse est, vel vtile iurare.

DE ASSERTORIO.

7. Primo, Affirmare, vel negare res aliter, quám homo credit in corde; semper est peccatum mortale; quamuis in materia leuissima, vt patet ex Bulla

Martini

Martini V. in Concil. constant, excusat á mort; inadvertentia, non considerando se iurare falsum.

Secundo, Qui nullam diligentiam facit cognoscendi an sit verum quod iurat, peccat mortaliter.

Tertio, Si dubius est de re, & iurat, vt certam.

Quarto, Cum paratus est iurare etiam si sciret rem ita non esse.

Hæc circa veritatem.

CIRCA IVSTITIAM.

8. Si iuramẽtum fiat contra iustitiam tantum erit peccatum, quanta iniustitia, vt si iniustitia sit mortalis, & ipsum iuramentum erit peccatum mortale. *Vide Tol. lib. 4. c. 21. nu. 11.*

CIRCA NECESSITATEM.

9. Iurare absque necessitate; peccatum veniale est; si vero aduertatur periculum iurandi falsum ex mala consuetudine, erit mortale. *Ita Sylu. verbo iuram. 2. §. 8. vbi dicit hoc esse secundum omnes DD.*

DE PROMISSORIO.

10. In iuramento promissorio. Primo, qui promittit cum iuramento se aliquid facturum etiam rem leuissimam absque intentione adimplendi; peccat mortaliter, quia contra veritatem iuramenti.

Secundo, qui iurat se facturum aliquod peccatum mortale cum intentione faciendi, vt occidere aliquem, peccat mortaliter Primo, ex intentione peccandi. Secundo, ex iuramento supra rem iniustam.

Tertio,

Tertio, Qui iurat se facturum aliquid, quod non est peccatum absque necessitate cum intentione implendi, & absque alicuius iniuria, peccat venialiter.

11. De iuramento comminatorio eadem dicenda sunt, quia quantum ad hoc non distinguitur á promissorio, & assertorio.

12. Execratorium aliquando coincidit cum assertorio, vt quando eo vtimur ad confirmandum aliquam veritatem: verbigratia cum dicitur, *Los diablos me lleuen sino es assi, sino fue assi*, &c. aliquando cum promissorio: verbigratia: *Los diablos me lleuen sino diere lo que me piden, sino matare a mi enemigo*, &c. Et sic iudicandum est de illo an sit peccatum mortale, vel veniale, sicut de assertorio, & promissorio. *Vide Tol. lib. 4. c. 21. & 22.*

DE ANNVLLATIONE IVramenti.

13. Annullatio, seu relaxatio iuramenti pertinet ad superiores in eo, quo superiores sunt; vt ad patrem respectu filiorum, ad dominum respectu seruorum, ad maritum respectu vxoris, sicut in voto; ad Pontificem respectu cleri, vt habet. *D. Tho. 22. q. 8. art. 9.* Pontifex potest pro sua voluntate iuramenta relaxare. Episcopus potest dispensare, & commutare in illis tantum iuramentis in quibus, si vota essent posset dispensare.

DE

§. 5.

Habetur Exod. 20. *Memento, vt diem Sabbathi, sanctifices.*

1. AD Sanctificationem duo sunt necessaria; vnũ est facere; aliud abstinere; quod faciendum est; idest sacrum audire, Abstinendum à duplici opere, & à servili, & ab opere prohibito ab Ecclesia.

2. Duplex genus est operum; vnum dicitur opus animę, vt intelligere, orare, studere, scribere, disputare, &c. Et hoc non prohibetũ in isto pręcepto.

Aliud dicitur opus corporis, vt suere, arare, & alia mechanica, & servilia, & hoc prohibetur. *Qui excusentur vide Tol. lib. 4. c. 24.*

DE 4. PRAECEPTO. §. 6.

Habetur Exod. 20. *Honora patrem tuum, &c.*

1. Nomine patrum includuntur tám illi, qui secundum carnem nos genuerunt; quàm superiores spiritualem potestatem habentes; vt Episcopi, &c. & qui sęcularem habent potestatem; vt Reges, Principes, Duces; & illi, qui aliquam supra nos habent potestatem, vt magistri, tutores, & alij huiusmodi.

2. Tria tenemur exhibere parentibus (in quibus honor, ad quem oblgamur, consistit;) puta *Amorem; Obedientiam, &* *Reuerentiam*. *Amor* non solum debet esse internus, sed signo aliquo exteriori manifestus.

festus. *Obedientia* exhibenda in rebus iustis, in iniustis non tenemur obedire. *Iuxta illud Matth.* 10: *qui amat patrem, plusquam me, non est me dignus, &c:* *Reuerentia* danda est parentibus, qui enim percutit patrem, vel minatur iniuriose, mort. peccat, *& Exo.* 21. *reus erat ob hoc mortis. Vide Tol. lib.* 5. *c.* 1.

DE 5. PRAECEPTO. §. 7.

Habetur Exod. 20. *Non occides.*

QVID SIT HOMICIDIVM?

1. HOmicidium est iniusta hominis occisio. *Sic à Theologis describitur.*

Homicidium graue peccatum mortale est, & non solum ipsa realis occisio; sed intentio, quamuis opus non sequatur.

2. In hoc pręcepto prohibetur etiam quęlibet mutilatio, aut percussio, & quælibet iniuria contra corpus, aut vitam proximi;

3. Quinque modis potest quis aliquem occidere, scilicet facto, pręcepto, consilio, permissione, auxilio. *Vide Villa. in manual. c.*22. *nu.*103.

DE 6. PRAECEPTO. §. 8.

Habetur Exod. 20. *Non męchaberis.*

1. IN hoc pręcepto prohibetur desiderium, & affectus deliberatus rei venereę, & ipsius operis; prohibentur delectatio morosa venerea, oscula, tactus, amplexus ob carnalem delectationem, & alia

alia opera externa hoc animo facta puta ad rem venercam.

QVID SIT FORNICATIO?

2. Fornicatio est humanus concubitus illicitus.

Fornicationis septem describi possunt species, scilicet simplex fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, raptus, sacrilegium, peccatum contra naturam, quarum singulæ suo ordine explicandæ sunt.

QVID SIMPLEX FORNICATIO?

3. Est concubitus soluti cum soluta absque aliqua alia circunstantia personarum. *Idest quando non sunt coniugati, nec consanguinci, &c.*

Simplex fornicatio est peccatum mortale: ad Ephe. 5. omnis fornicator non habet hæreditatē in regno Christi. Concubinatus soluti cum soluta reducitur ad simplicē fornicationem, & dicitur Fornicatio continuata cum soluta determinata. *Vide Con. Trid. contra concubinarios sess. 24. c. 8. & eadem sess. c. 6. ponit pœnas contra raptores, raptus enim præter actum luxuriæ addit violentiam quandam siue cum soluta, siue coniugata, siue cum virgine, &c.*

QVID STVPRVM?

4. Est illicita virginis feminę defloratio. *D. Tho. 12 q. 154. art. 6.*

Stuprum grauius peccatum simplici fornicatione, & qui virginem cogit violentia, vel importunis precibus tenetur illam ducere, aut dotare, c. si duxerit extra d adult. & [illegible] peruenit.

QVI

QVID SIT ADVLTERIVM?

5. Eſt illicitus cum coniugato concubitus. *D.Tho. vbi ſupra, adulteriũ grauius peccatum mortale ſtupro.*

QVID INCESTVS?

6. Eſt copula cum conſanguinea : aut affine intra quartum gradum. *Vide Nauar. nu.3. D. Ant. D.Tho. Cait. art. 9.*

Inceſtus grauius mortale præcedẽtibus, & vbi maior eſt coniunctio inter conſanguineos, aut affines, ibi eſt maius peccatum.

QVID SACRILEGIVM?

7. Sacrilegium (in hoc pręcepto) ita deſcribitur, eſt cum copula fit cum perſona Deo dicata per votum caſtitatis, aut religionis, aut quando copula fit in loco ſacro.

Sacrilegium grauiſsimum mortale, & contra corruptores monialium poſita eſt pœna in Iure Canonico vt patet, 27. q. 1. c. ſi quis rapuerit. Si vxor petat debitum à marito incluſo in loco ſacro ad vitandam incontinentiam, non cõmittit ſacrilegium: Vide Tol. li. 5. c. 12. n. 9.

QVID SIT MOLLITIES?

8. Eſt voluntaria ſeminis emiſsio abſque copula. *D. Tho. art. 1. mollities grauiſsimum mortale omnium præcedentium, & contra naturam, Cor. 6. molles regnum Dei non poſsidebunt.*

SODOMIA.

9. Eſt concubitus ad non debitum ſexum. *D. Ant.*

c. 43. *Sodomia horrendum, & detestabile peccatum cōtra naturam leuit 18. cum masculo nō cōmisceearis coitu fæmineo, quia abominatio est; maior abominatio bestialitas; quæ est cū copula fit cum bruto animali; habetque pœnam Iure ciuili, l. cū vir nubet. C. ad le. Iuliam de adul. & in præcepto diuino. Exod. 22. qui coierit cum iumento morte moriatur.*

DE 7. PRAECEPTO paragrapho 9.

Habetur Exod. 20. *Non furaberis.*

QVID SIT FVRTVM?

1. Est ablatio occulta rei alienę invito domino.

QVID RAPINA?

2. Est vsurpatio manifesta rei alienę.

Furtum ex sua natura est peccatum mortale; excusa autem à mortali materiæ leuitas; vel quando non est in iusta ablatio, quia, vt furtum sit peccatum mortale, debet esse ablatio contra iustitiam. De hoc, & de rapina Vide Villalobos in manuali, c. 22. nu. 128. apud que clarum, & copiosum de hoc præcepto inuenies tractat

QVID SIT RESTITVTIO?

3. Restitutio est actus iustitię, quo cuique redd tur, quod ab eo ablatum, vel acceptum est.

Ea quę ad restitutionem spectant sunt nouen quę in his versibus continentur.

Quis, quid, cui, quantum, quomodo, quand
Ordine, quo ve loco, quę causa excusat iniqu

&

& vt cognoſcas omnes, qui ad reſtitutionem tenentur ex his alijs verſibus facile deduces.

Iuſsio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus, participans; mutus, non obſtans, ñ manifeſtans:

Videatur: D. Tho. 22. q. 62. Scholaſtici in 4. diſtinctione 15: Nauar. c. 17. à nu. 6. Summiſtæ verbo reſtitutio. Villalobos, c. 14. per totum.

DE VSVRA.

QVID SIT VSVRA? §. 10.

Vſura eſt lucrum rei pecuniȩ ęſtimabilis, ratione mutui principaliter proveniens. *Eſt prohibita ſub mort. Deut. 23. non fœneraberis ad vſuram. Vide D. Tho. 22. q. 78. art. 1.*

DIVISIO VSVRAE.

2. Vſurȩ ſpecies ſunt tres; mentalis; exterior implicita, ſeu palliata; exrerior explicita.

Vſura mentalis eſt, cum quis mutuat hac intentione, vt ex mutuo aliquod lucrum vltra ſortem accipiat, tamen talem intentionem non exterius monifeſtat ei, cui mutuat: Si vero intentionem exprimat, per aliquod pactum paciſcendo cum eo, cui mutuat delucro vltra capitale; hęc dicitur vſura exterior: & ſi pactum fuerit tacitũ, erit vſura implicita, ſeu palliata; ſi vero pactũ fuerit expreſſum; vſura erit exterior explicita.

NOTA.

3. In omni vſura debet eſſe *mutuum*, quia quan-

do intercedit *commodatum* non committitur vſu-
ra; & ratio eſt, quia in commodato non transfe-
tur dominium rei; ſicut transfertur in mutuo.

REGVLA.

4. Quicumque accipit pignus fructificans pr
mutuo, & non accipit in partem reſtitution
mutui, vſurarius eſt, *c. quoniam de vſuris.*

5. Notandi ſunt in hac materia duo caſus. Pr
mus in cap. conqueſtus de vſur. & eſt cùm qu
dat alicui fundum in fęudum, & hic poſtea ac
cipit mutuo ab illo, & ipſum fundum dat ei i
pignus, tunc dominus fundi poteſt fructus acci
pere, & poſtea totum mutuum recuperare, qu
iſta eſt lex fęudi. *c. 1. de fæudis, c. 1. de vſur.*

6. Secundus in cap. ſalubriter de vſuris, & eſ
cum ſocer dat genero pignus fructificás pro do
poteſt gener p recipere fructus licitè, & poſte
integram dotem. Etiam excuſat ab vſura lucru
ceſſans, & damnum emergens, cum aliquibu
conditionibus.

DE LVCRO CESSANTE, ET
damno emergente.

7. Damnum emergens eſt quando quis detr
mentum patitur in his, quę habebat ex eo, quo
mutuat. Lucrum ceſſans eſt, quando quis ex e
quod mutuat non habet id, quod habere poter
ſi non mutuaret.

CON

CONDITIONES PRO DAMNO emergente.

Prima, Est necessarium, quod damnum sit certum, l. saltem probabile ortum ex eo, quod mutuat. Sed adhuc advertendum est, quod si damnum est presens, potest mutuans accipere á mutuatario lucrum integrum; si vero damnum probabiliter speratur, potest mutuans pacisci licité de damno, siue eveniat, siue non eveniat, dummo do non paciscatur de toto damno formidato, nam damnum absens minus est, quám presens. *D. Tho. 22. q. 78. art. 2.*

Secunda, Quando quis metu, vi, vel fraude cogitur ad mutuandum, licitè potest damna emergentia recipere, quamvis nullum fecerit pactũ, et qui sic mutuo accepit tenetur reparare.

Tertia, Siquis mutuat sponte, & nullum facit pactum de damno emergente, non tenetur mutuatarius damnum reficere, si quid accidit mutuanti; tamen si mutuatarius velit sponte reparare, potest, qui mutuavit accipere. *D. Tho. q. 13. de malo art. 4. Nauar. l. c. contra Ma. 4. d. 15. q. 10.*

CONDITIONES PRO LVcro cessante.

Prima pecunia, quę mutuo datur, requiritur, ut sit negociationi exposita.

Secunda, vt qui mutuat, non habeat aliam pecuniam

cuniam vltra eam quàm habet ad negociatio
quia tunc solum verè cessat lucrum.

Tertia, vt lucrum sit probabile, non enim
ficit posse esse lucrum, sed oportet probabil
se rationes, & coniecturas, quod futurū sit lu

In his conditionibus conueniunt Doctore
etiam quando quis invitus vi, vel fraude cog
ad mutuandum pecuniam negociationi exp
tam, potest mutuans licitè vltra sortem accip

Si vero non invitus, sed rogatus pecunias
gociationi expositas mutuat cum conditio
bus relatis; an posit vltra capitale, lucrum r
pere? grauissimi DD. negant. Sed etiam gra
simi DD. affirmant cum his additamentis.

Primò, Vt qui mutuat, si statim exigat luc
ex mutuatis pecunijs, sđ expectet tēp⁹ soluti

Secundó, vt non accipiat totum lucrum, q
sperabat ex illis pecunijs, sed deducat expen
laborem. & accipiat lucrum minoratum prop
periculum; quia lucrum absens minus est, qu
presens. Quod fieri debet arbitrio boni, & tin
rati viri.

REGVLA EX DICTIS.

10. Quotiescumque *ratione mutui* aliquid vl
sortem, vel capitale accipitur, vsura est. Si aut
lucrum, quod accipitur vltra mutuum proce
ex caussis, quas assignauimus, vel quia fuit il
lucr

trum positum in pænam, nisi mutuatarius solveret tempore præfixo; vel etiam quando mutuarius dat lucrum ex gratuito, vel ex benevolentia, non erit vsura. *Vide Tol. lib, 5. c. 32. & 33.*

DE VSVRARIO.

Duplex est vsurarius; alter occultus; alter notorius; notorius ille dicitur, qui in iudicio convictus est, vel qui in iudicio sponte confessus est vsuram; vel qui publice ad vsuras dat.

Quando vero quis ad vsuras dat, sed non se habet, vt aliquis prędictorum, dicitur vsurarius occultus.

QVID AGENDVM CVM HIS.

Vsurarium notorium nullus potest à peccatis absolvere, nec ei sacram impendere communionem, donec restituat, si potest, & si nó potest, cum sufficienti cautione absolvatur.

Iste vsurarius ñ absolut⁹ ñ potest sepeliri in loco sacro, & qui eum sepelit, ipso facto est excommunicatus excommunicatione reseruata Episcopo. Totum hoc constat ex cap. quamquam de vsuris in 6. & Clement. 1. de sepult.

Cum occulto vsurario non sic segerere debet confessarius; sed potest absoluere penitentem habentem propositum restituendi, nisi comperiatur in alijs confessionibus proposuisse, & non seruasse, *Sylu. verbo rest. 6. paragrapho.* 1.

QVID SIT CENSVS?

13. Census est Ius exigendi pensionem de re
li alterius. *Vide cap. in ciuitate de vsuris, & b*
Pij.V.quam refert Nauar.in manu. cap.17.nu.

CAMBIVM?

14. Est permutatio negociatoria numism
pro numismate. *Vide Nauar. á n. 284. Tol. lib*
cap. 50. Sylu. verbo vsur. 4.

QVOTVPLEX?

15. Quadruplex. Primum est cambium per mi
tum, cum quis dat pecunias maiores pro mino
bus, vel ècontra, cum aliquo lucro.

Si pecunia consideretur ratione materiæ, po
mutuari, & vendi cum iusto aliquo lucro.

16. Secundum, Dicitur cambium siccum cu
campsor dat pecunias, vt in eodem loco post a
quod tempus reddantur cum aliquo fœnore, p
ta prout valuerint in aliquo distanti loco.

Vide quæ diximus de vsuris, vide Nauar. su
cap. final. de vsuris, nu. 25.

17. Tertium, Dicitur cambium per litteras,
quis dat campsori pecunias, vt eas accipiat
alio loco, in quo verè accipit pro vt in tali loc
tépore statuto valent; campsor autē dat suas li
teras, vt per eas accipiat in illo loco pecunias a
eo, qui est socius campsoris.

Cambium per litteras quinque modis fit, vide N
uar. c fi. de vsur. Tol. 5. cap. 54.

18. Qua

8. Quartum, Dicitur cambium reale cum è ontra campsor dat pecunias alteri, vt in alio loo restituantur. vg. dat Hispali, vt reddantur suo socio Mexici, & ob hoc accipit aliquod lucrum.

Cambium reale ex se iustum est, & licitum, dum amen pretium sit iustum.

DE 8. PRAECEPTO. §. 11.

Habetur Exod. 20. *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.*

1. IN hoc precepto prohibetur iniustitia, quæ fit verbo contra proximum, & est duplex; vna in iudicio, quę fit in falso testimonio, altera in detractione.

QVID SIT DETRACTIO?

2. Detractio est ablatio famę per verba cum intentione nocendi. Fama dicitur opinio, & notitia, quam aliquis apud homines habet.

Detractio grauius peccatum est furto, & ex suo genere mortale, sufficitque intentio virtualis, vt cum quis videt per detractionem lædi alienam famam: hoc vitio pene totum genus humanum periclitatur, Secūdum glossam super Cap. Prob. 24. & ideo in eius examine magna adhibenda est diligentia à confessore, quia peccatum commune, & valde odiosum est Deo; iuxta illud Dauidis. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.

Octo sunt modi detractionis; de quibus vide,

 D. Tho.

D. Tho. 22. q. 73. quatuor versantur circa mali proximi; & alij quatuor circa diminutionem boni illius, vt videre est in his versibus.

Imponens, augens, manifestans, in mala vertēs
Qui negat, aut minuit, tacuit, laudatve remisse

Omnes hi modi, vt dictum est de detractione, ex suo genere sunt peccata mortalia. Prou. 24. cum detractoribus ne commiscearis. ex leuitate materiæ sunt venialia.

DE 9. PRAECEPTO. §. 12.

Habetur Deut. 5. & Exod. 20. *Non concupisces vxorem proximi tui.*

IN hoc pręcepto prohibetur concupiscentia carnis in corde, & delectatio adulterij interior, cuius opus prohibetur in sexto pręcepto: oportuit autem in hoc, sicut & in decimo non solum opus, sed etiam concupiscientiam prohiberi, non autem in cęteris pręceptis; quia delectatio adulterij, & vtilitas divitiarum sunt propter se appetibilia, in quantum habent rationem boni delectabilis, vel vtilis; homicidium vero falsitas, &c. non sunt propter se appetibilia, sed propter aliud, secundum se autem horribilia. *Ex D. Tho. 12. q. 100. art. 5. ad 6.*

DE 10. PRAECEPTO. §. 13.

Habetur. Exod. 20. *Non concupisces res proximi tui*, quę prohibetur. *Deut.* 5. auaritia.

QVID

QVID SIT AVARITIA?

. Est appetitus diuitiarum voluntarius, & im-
noderatus. *Idest sine modo, & regula qua appetitus
ebet mẽsurari; quæ regula triplex est*. Iustitia, Cha-
itas, & liberalitas.

DE REGVLA IVSTSTIAE.

. Primò peccat mort. contra regulam iustitiæ,
qui appetit aliena modo illicito habere, aut ea
etinere; vt qui vult alterius pecunias, ita vt si
osset habere per furtum, vel simili modo illi-
ito acciperet; aut similibus modis vult retine-
e. Excusat à peccato mortali materię leuitas, si-
cut in furto.

Secundò. Peccat contra eandem regulam, qui
uult habere, quæ ipsi iustè dari non possunt, nec
lata potest licite retinere, vt beneficium, &c.

CONTRA REGVLAM
Charitatis.

3. Peccat contra istam regulam, qui ita affectus
est suis rebus, vt paratus sit in casu necessitatis
non subvenire proximo; si necessitas sit extrema
vel grauis, erit peccatum mortale; si minor, erit
veniale.

CONTRA REGVLAM
Liberalitatis.

4. Peccat contra liberalitatis regulam, qui ita
afficitur rebus suis, vt non sit dispositus dispen-
sare

sare benè diuitias in vsus bonos, sibi, suisque, &
alijs; vt plurimum, & ex genere suo est peccatū
veniale; nisi sit contra iustitiam, & charitatem,
vt dicitur supra.

Vltimo, qui appetit alienas res vel diuitias, (quamvis non appetat eas illicito modo) appetit tamen ob finem mortalem, vt ad luxuriã, &c. peccat, mort. Si finis sit venialis, peccatum erit veniale.

QVID SIT GABELLA?

5. *Vt Auaritia in particulari consideretur oporte ab exactione gabellarum incipere. sicq; describitur.*

Gabella est tributum publicum a Principe in cõmunem vtilitatem exactum. *Vide Sylu. verbo gabella, 1. diciturq; vectigal, portoriū, dóana, pedagiū tallia, &c. Contra eos, qui sine facultate Apostolica & contra iustitiam imponunt gabellas, est excommunicatio bullæ in Cœna Dñi.*

QVID SIT BENEFICIVM?

6. Est Ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis propter diuinum officium competens. *Videatur Sylvester Papa, c. 4. suorum decretorum.*

QVID PENSIO?

7. Pensio est Ius percipiendi fructus, ex alieno beneficio. *Quando sit licita, quando non, materia est lata. Videatis in Card. Tol. lib. 5. cap. 82.*

Quid

QVID SIT SIMONIA? §. 14.

1. Simonia est studiosa voluntas contractandi precio rem spiritualem. *Ex.1.q.3.Can. saluator, vide D. Tho. 22. q. 100.*

Simonia est prohibita Iure naturali, quia venditur nō venale, & contra naturam peccat, qui illam cōmittit; est etiam prohibita Iure Canonico, vt patet ex 1. q. 3. per totā; prohibetur etiam Iure diuino. Matt. 10. gratis accepistis, gratis date.

QVOTVPLEX SIMONIA?

Triplex est Simonia.

1. Prima mentalis, & committitur, quando non intercedit pactum, nec implicitum, nec explicitum, sed tantum in intentione manet, & opus exterius sequitur.

2. Secunda, Simonia conuentionalis est, quando intercedit pactum, siue implicitum, siue explicitum, tñ non sequitur consummatio operis.

3. Tertia est Simonia realis, quando intercedit pactum exterius, siue implicitum, siue explicitū; intentio interior, consummatio operis ex vtraq; parte perfecta.

Qui committit simoniam mentalem, aut conuentionalem ea parte, qua non deuenitur ad opus exterius, quamvis mort. peccet, non tamen incurrit pœnas iuris, nec excommunicationem. Itaque nulla simonia mentalis est causa incurrendi pœnas Iuris. Sic

Panor-

Panorm. sup. cap. mand. de simonia. Sylu. verbo simonia, paragrapho. 20.

Qui simoniam realem committit, aut conuentionalem, eá parte, qua beneficium datur, incurrit excōmunicationem Papalem; priuationemq; beneficij. Et obligationem restituendi in simonia reali.

NOTA PRO SIMONIA MENTALI.

4. Ad hoc, vt simonia mentalis committatur, est necessarium, quod intercedat intentio, non tamen est simonia, quando intercedit spes, seu desiderium, vg. quis inseruit Episcopo hac spe, & hoc desiderio, quod ille beneficium dabit, tunc non est simonia; tamen tali intentione seruire, vt obligetur Episcopus ob seruitium ad dandum beneficum, simonia est. Ratio huius est, quia intentio dicit fieri rei; spes vero, seu desiderium non dicunt nisi simplex velle. Hęc distinctio multum prodest pro vsura mentali, & quod dictum est de simonia circa hoc, poterit applicari vsurę;

REGVLA.

5. Simonia semper committitur, cum temporale datur tamquam pretium pro spirituali; si vero vno ex his sequentibus modis fiat, non erit simonia.

Primò, Si detur per modum sustentationis ipsis ministris rerum spiritualium, siue per modum eleemosynę.

Secun-

Secundò. Si detur per modum oblationis, quę fit Deo in suo ministro.

Tertio. Per modum liberalitatis, seu spontaneę gratitudinis. *Vide Card. Tol. lib. 5. cap. 87.*

VITIA CAPITALIA. §. 15.

Primum capitale vitium est superbia.

QVID SIT SVPERBIA?

1. SVperbia est appetitus celsitudinis peruersę voluntarius. Ex *D. Aug. 14. li. de ciuit. c. 13*

Superbia in triplici casu est peccatum mortale. Primò cum quis ita superbit, vt in Dei contemptum veniat. Secundò, cum quis potiùs est paratus mort. peccare, quàm à sua excellentia cadere.

Tertiò. Cum quis proximum grauiter inhonorat: in alijs casibus sæpe veniale est.

QVID VANAGLORIA?

2. Est appetitus glorię inordinatus. *D. Tho. q. 9. de malo.* ¶ *Vanagloria est peccatum mortale. Primò, quando quis complacet, aut appetit laudari de aliquo mort. Secundò cum appetitur laus ob finem mortalem. Tertiò cum ob vanam gloriam quis paratus est mort. peccare. Vltimò, quando ob ipsam sequitur aliquod damnum notabile proximo; in alijs casibus veniale est.*

IACTANTIA.

3. Est manifestatio excellentię propię supra id, quod

quod vel in se, vel in aliena existimatione est verbis inordinate facta.

Iactantia ex se veniale est peccatum, fit mortale in casibus, in quibus vanagloria.

HYPOCRISIS.

4. Hypocrisis est simulatio virtutis. *Silu. verbo simulatio.*

Hypocrisis est peccatũ mortale in duobus casibus. Primò, quando est coniuncta cum voluntate transgrediendi aliquod præceptum obligans sub mortali. Secundô, cum fit ob finem mortalem. Præter hos casus peccatum est veniale.

QVID CONTENTIO?

5. Est sermo contrarius veritatem alterius oppugnans. ¶ *Contentio fit peccatum mortale, si fiat animo impugnandi veritatem, quæ est in Dei honorẽ, aut in vtilitatem notabilem proximi.*

CVROISITAS.

6. Est appetitus sciendi inordinatus.

De curiositate, discordia, & pertinacia idem ferè potest dici quod de superioribus.

PRAESVMPTIO.

7. Est appetitus se exhibendi supra propriam potestatem.

AMBITIO.

8. Est inordinatus appetit⁹ honorũ, & dignitatũ

Præsumptio, & ambitio cum aberrant á debito fine, & fere in casibus in quibus superbia & vanaglo-

ria

ia, sunt peccata mortalia. De Auaritia satis dictum
st in 10. præcepto.

SOLLICITVDO.

. Est vehemens applicatio mentis cum timore
coniuncta.

Si sollicitudo fiat ob finem mortalem ipsa erit pec-
cat. mortale. PRODITIO.

o. Est manifestatio occulti illativa nocumenti.

Prodere personam ad nocumentum ipsi iniustè
nferendum mortale est. Prodere castra, villas, &c.
mortale ad restitutionem obligans: prodere pecuniā,
vel vestes, &c. vt latro rapiat; etiam mortale sub res-
titutione; prodere secretum, ad quod quis tenetur in
re graui, & in detrimentum alterius; peccatum mor-
tale est. FRAVS.

1. Est deceptio alterius opere, exhibita. D. Ant.
cap. 16. Nauar. cap. 27. nu. 77.

Fraus ex se mortale peccatum est. excusat ignoran-
tia, vel materiæ leuitas.

MENDACIVM.

12. Est verbum falsum cum intentione fallendi.

Mendacium cum iuramento, vel si est perniciosum
in re graui, mortale est: secus erit veniale.

IRA.

13. Ira est appetitus vindictę.

Si Ira sit in re graui cum pleno rationis consensu,
erit peccatum mortale.

GVLA.

14. Gula est appetitus inordinatus cibi,& potu

Gula in sex casibus est peccatum mortale. Prim quando in gula ponitur vltimus finis iuxta illud Pa li, quorum finis interitus, quorum Deus venter es Secundò, quando propter gulam frangitur aliqu præceptum diuinum,vel Ecclesiasticum. Tertiò,qu dò ex gula quis aliquod notabile detrimentum corp ris sibi infert. Quartò, Si detur notabile scandalu proximo iuxta Pau. ad Rom. 14. Quintò,quando bus, & potus est contra naturam, vt vesci carnib hominis, (in extrema necessitate vesci posse aliq probabiliter affirmant.) Sexto, & vltimò, cum gula sequitur periculum luxuriæ vel alterum mor le. Præter istos casus sæpe veniale est, sic Theolo & Summistæ.

INVIDIA.

15. Est tristitia de alieno bono in quantum p priç excellentiç est diminutivum. *D.Th.22.q.*

AEMVLATIO.

16. Est tristitia de alieno bono, quatenus nos priuati sumus.

Invidia,& æmulatio de bonis temporalibus,qu do hæc in malum finem appetuntur,tantum est pe tum, quantum desiderium talium bonorum.

ACEDIA.

17. Acedia nomen Grçcum est,& significat

iod sine labore, sine cura. *Vide D. Tho. 22. q. 35.*
t. 1.

QVID SIT ACEDIA?

. Est tristitia de bono spirituali, vt ad ipsum
ominē attinet. *Naur. nu. 124. D. Tho. vbi supra.*
ssianus toto lib. 10. de inst. cœnob.

Accedia vitium est capitale; & ex se mortale pec-
tum. 2. Cor. 7. Tristitia huius sæculi mortem ope-
tur; est peccatum contra charitatem, cum vero de-
t plenus rationis consensus, vel est materia leuis; est
eccatum vniale.

De præceptis Ecclesiæ. Vide Tol. lib. 6. c. 1. Villa-
in manuali cap. 23. pag. 451. quod in eis videtur
efinire nunc, est ieiunium.

QVID SIT IEIVNIVM Ecclesiasticum?

Est abstinentia voluntaria á cibo iuxta Eccle-
æ ritum.

Ieiunium obligat sub mort. eos qui 21. annum ha-
ent completum. Vide D. Tho. 22. q. 147. ab art. 3.
xcusant à mort. infirmitas, paupertas, labor, pie-
as: pietas hoc est, opera spiritualia, quæ cum ieiunio
sse nō possunt, vide authores supra citatos.

¶ Prohibitum est in hoc precepto vesci car-
ibus Feria sexta, & Sabbatho, nisi cum primus
dies Natiuitatis Dñi venerit in vno ex his diebus

 DE

DE CENSVR

ECCLESIASTICIS.

SECTIO III.

ET VLTIMA.

QVID SIT CENSVRA? §. I

1. Censura Ecclesiastica in communi si
finiri potest. Est pęna spiritualis to
terioris Ecclesię, qua spiritualium
impeditur, vt à contumacia recedatur.

QVOTVPLEX?

2. Triplex; excommunicatio: scilicet suspe
& interdictum. *Ex c.quærēti de verb. significa*

QVARE IRREGVLARITAS
non est Censura?

3. Quia primário non est pęna, sed inhabi
ad ordinum susceptionem, vel vsum, ration
cuius indecentię, & sic potest incurri absq;
cato; & quæ incurritur ob peccatum, est eiu
rationis, & habet eosdem effectus, & solu
cùndario est pęna, non vero primário, sicut
sura.

QV

QVARE DEPOSITIO, DEGRADA-
tio, privatio beneficij Ecclesiastici, quę sunt
primario, pęnę non sunt censurę?

. Quia sunt pęnę ex se perpetuę, censura verò
st pęna medicinalis, donec quis resipiscat, & vin
ulum ex se dissolubile, si peccator emendetur.

QVARE CESSATIO A DIVI-
nis non est Censura?

. Quia per se, & directè non est pęna, licèt po-
iatur ratione culpę; sed simplex prohibitio per
nodum pręcepti, & non pęnę, in signum afflic-
ionis Ecclesiæ; licèt inde resultet aliqua pęna
n personas culpabiles, vel, si censura est, includi-
ur sub interdicto.

ALIAE DIVISIONES CENSVRAE.
PRIMA.

5. Censura alia à iure, & est illa, *Quæ fertur per
nodū legis, vel statuti*: & sic ex se est perpetua, nisi
abrogetur, & durat post mortem legislatoris.
Alia ab homine, *Quæ solum fertur per sententiam
generalem, vel particularem*; & cessat quando Iu-
dex moritur, aut amittit iurisdictionem; ita vt,
qui post mortem illius facit contra pręceptum
sub censura, non incurrat; si verò ante mortem iu-
dicis iam incursa erat, vg. excommunicatio, nō
cessat, semel enim incursa censura indiget ab-
solutione.

7. Censura; alia est latę sententię, vel ipso fa
to, vel ipso iure, quę aliquo ex his verbis, a
alijs ęquivalentibus fertur, & secum trahit ex
cutionem, qui enim facit contra pręceptum su
tali censura, statim incurrit; alia est ferendæ se
tentiæ, seu comminatoria, quæ solum fertur su
pæna excommunicationis, vel alijs verbis, qu
non indicant censuram latam, & hæc non incu
ritur statim, ac quis facit cõtra censuram, donc
talis à Iudice excommunicetur.

In dubio si verba sunt ambigua, pars benig
nior præferenda est, vt censura ferendæ, non la
tæ sententiæ censeatur.

TERTIA.

8. Censura; alia est iniusta, & valida, & est illa
quæ nullum habet defectum substantialem iuris
habet autem aliquem defectum accidentalem
iniustum. Alia est iniusta, & inualida, quæ habe
aliquem defectum substantialem iuris, & ideo
est nulla, res enim non potest subsistere absqu
aliquo, quod sit de eius substantia, & essentia.

QVARTA.

9. Censura; alia grauis, vg. excommunicati
maior; alia ñ grauis, vt excommunicatio minor

DE CAVSA EFFICIENTE, ET ferente censuram. §. 2.

Nulli peccato, etiam hæresi, est imposita cē- Iure diuino; omnis enim censura est de Iure ...ano positivo.

Solus Pōtifex potest instituere censuras.

Omnis, & solus Iudex Ecclesiasticus fori ...tentiosi ordinarius, vel delegatus, potest fer- censuras in subditos. Ordinarius est Præla- cui ex suo munere, & officio competit talis ...estas, vt Papa; Archiepiscopus; Episcopus; ...eriores Religionum, &c. vel Collegium ho- ...um similem habens potestatem, vt Capitu- ...n Sedevacante, &c. Delegatus, qui ab ordi- ...io habet talem potestatem.

Iudex ordinarius potest delegare alijs Cle- ...is saltem prima tonsura initiatis potestatem ...endi censuras, non laicis, neque Clericis con- ...atis, dum in coniugio vivunt, nec bigamis, solus Pontifex.

Simplex Parochus, seu Beneficiatus non po- ferre censuram, quia non est Iudex; nisi ei ...egetur ab ordinario.

